



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 42. Lotharii Imperatoris obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII. Optimates, ad præstandum huic Abbati
 A.C. 1137. fidei juramentum compulit.

§. XLII.

Lotharii Imperatoris obitus.

Chron. Saxo. Chr. Albert. Dodech. Rob. de Monte.

Sup. lib. LXVII.

Chron. Cass. IV. c. 24.

Lotharius Imperator octo dies Cassinomoratus, cum Papa ad regiones Romæ vicinas reversus est, indeque peregrata Tuscia in Germaniam iter arripuit. Festo S. Martini Tridenti celebrato, morbo tentatur, & licet malum in dies ingravesceret, iter nihilominus profectus in quodam vico, per quem alpes ad-euntur, quarta Decembris, anno millesimo centesimo trigesimo septimo, vitam posuit, centenario haud multum minor, anno Regni sui decimo tertio, a suscepto Romanorum Imperio, die quarta Junii, quinto. Petrus Diaconus, quanta hujus Principis in Italia militantis pietas fuerit, illis rebus præsens, in hunc modum testatum facit: Primo diluculo Missam pro defunctis, alteram pro exercitu, & tertiam postremo illius diei audiebat. Tum cum Imperatrice pedes viduarum & orphanorum lavabat, & cibum potumque large distribuebat, quibus peractis querelas in causa Ecclesiarum ad se delatas audiebat, & tandem postrema cura Imperii erat. Hæc agens ab Episcoporum & Abbatum consortio non avellebatur, consilia prudentum virorum sequen-

batur, pauperum pater, miserorum Sacul. XII.
 omnium præsidium, optimus Princeps, A.C.1137.
 sæpe tempore nocturno vigil, sæpe inter
 calentes lacrymas orans. Ceterum Lo-
 tharii corpus in Saxoniam reuectum, &
 in Monasterio *Luter*, quod restaurave-
 rat, tumulatum.

§. XLIII.

Rex Ludovicus Crassus moritur.

In Francia Rex Ludovicus Crassus ab ex-
 peditione in Territorium Turonense
 suscepta rediens gravissimo profluvii *Suger. vit.*
 morbo per æstivos calores laborare cœ *Lud. p. 319.*
 pit. Multum orans & sæpe confitens *Oderic. l. 13.*
 peccata sua id unice a Deo flagitabat, ut *p. 912.*
 ad S. Dionysium deferri posset, ubi ante
 Sacra Martyrum corpora coronam Re-
 giam deponeret, & Sancti Benedicti ha-
 bitum indueret. Crescente vi morbi,
 timens ne subita morte occuparetur, Epi-
 scopos, Abbates & complures Presbyte-
 ros convocavit, peccata sua confessurus,
 & Viaticum accepturus, dumque omnia
 præparantur, ipse de cubili surgit, ve-
 stibus suis induitur, & Corpus Domini
 Nostri afferentibus occurrit; quæ res
 omnes in admirationem rapuit. In illo
 loco coram omnibus circumstantibus,
 Clericis Laicisque confessus, quod in ad-
 ministratione Regni plurima peccata
 commisisset, Filium suum Ludovicum
Hist. Eccles. Tom. XVI. E e e in-